Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Hugo de sancto victore in didascalo libro p. ca.
Omnium expetendorum prima est sapientia quia perfectionis forma existit. Summum bonum virtutum solamque est studium sapiendi quia quicumque felix est qui possidet beatus. Idem libro 4. ca. 24. omnes pene virtutes exponis mutant intensibus, et ecce sola sapientia decrescit cetera. Idem in opere dicto philosophie in pheredo domino exponendum sapientia est per quam acquirit perfectum omnium bonorum forma. Summum solamque autem exercitatio sapientie est.

Gualfredus de yronia Curie papalis
Multa docet paucis pectora magna nocis
Pluribus metrum ex ordine libroru magnum.
Non de porte cadit, qui cum sapientia vadit.

De stultitia et insipientia. ca. 14.

Job. vsque ca. 20. dicit stultus interficiet iracundia.
Psalmista. xxxi. pso. Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus.
Salomon in prime. ca. p. Sapientiam autem doctrinam stulti despiciunt. Idem. 14. ca. Stultorum exultatio ignominiosa est. Idem. x. ca. Quasi per risum stultus operatur scelus. Idem. xv. Stultus contemnit et insidit. Idem. xiii. ca. In oratione stulti inuenia superbie. Idem. xv. ca. Os fatuorum ebullit stultitiam. Stultitia gaudium stulti. Idem. xvi. ca. Omnes stulti miscent contumelias. Idem. xviii. ca. Non recipit stultus verba prudentie nisi dixerit ea quecumque sunt in corde eius. Labia stulti immittit se rixis, et os eius iniuria vocat. Os stulti interitus eius.
Idem. xviii. ca. Pestilentie flagellis stultus sapientior erit. Idem. xxi. ca. Si contuderis stultum in pila qui prisanas fecerit de stupro non auferet ab eo stultitiam eius. Idem in Ecclesiastico. ca. p. Stultorum infinitus est numerus.
Iudex. 4. ca. Stultus in tenebris ambulat.
Idem. vi. ca. Noli esse stultus, ne morieris in tempore non tuo. Idem. x. ca. Cor stulti in sinistra illius. Labia insipientis precipitabunt eius. Stultus verba multiplicat.
Isayas. ca. xxxv. Stultus fatua loquetur, et cor eius faciet iniquitatem.
Vnde filius Sirach in Ecclesiastico. ca. v. Lingua in prudentis subuersio est eius. Idem. x. ca. Rex insipiens perdet populum suum. Idem. xv. ca. Homo sapiens timebit usque ad mane, insipiens autem et imprudens non permanebit mane. Datus insipiens non erit vnus habitus. Omnibus enim illius sapientis exiguum dabit et multum inpendit. Fatuus non erit amicus et non erit gloria hominis illius. Os oris fatui repetat parabola. Non enim dicet illam in tempore suo. Idem. xxi. ca. Narratio fatui in spina in via. Fatuus risu exaltat vocem suam. Pes fatui facilius est in domum proximi sui. Stultus a fenestra respiciet in domum. Vir autem eruditus stabit foris. Stultitia hominis est assultare per hostium. Labia imprudentium stulta narrabunt. In ore fatuorum cor illorum et in corde insipientium os illorum. Idem. xxv. Cum dormiente loquitur qui narrat stulto sapiam, et in fine narrationis dicit quis est hic. Luctus mortui septem dies. Fatui autem et impii omnes dies vite illorum. Cum stulto, ne multum loquaris. Cum insensato ne abueris. Secum te ab illo ut non molestiam habeas. Harenam, et salem et massam ferrum facilius est portare quam hominem imprudentem fatuum et impium.
Theocretus in adelphis. ca. iii. Homo impius nunquam iniustus est, qui nisi quod ipse fecerit nihil rectum putat.
Oratius in odis. libro. 4. ca. vi.
Odisse stultitiam insulsos breuiter
diligere et despicere loquor.
Idem in sermonibus. libro primo ß more. 4.
Duo dicunt stulti vicia in gratia crescunt.
Tullius in suis quorum. libro. 4. ppii est stultitie aliorum iuria oblitescere suorum oblinisci. Insipientia qui insanitas quedam dici est. Insipientia nullum malum maius est. Idem libro. v. et fi. Stultitia est si adepta est, quod conuenit nunquam tamen se satis consecutum putat. Idem rhetoricorum artis nouae. libro. 4. ca. xvi.
Omnium malorum stultitia mater est atque nutrix.
Seneca de tranquillitate animi. Aliquis insanire iocundum est. Nullum magnum ingenium sine mixtura dementie fuit. Idem in epistola. Fortuna quem minus fouet, stultum facit.
Cecilius Firmianus de beata vita. libro. 14.
Nunquam potest esse iustus, qui stultus est. Stultitia est factis dictisque pro ignorantia recti et boni exercitatio.
Cato. ca. 14.
Insipiens esto, cui tempus postulat aut res.
Stultitia simulare loco, prudentia summa est.